

(5) *Entredicho*. Vide in cap. *quod in te*, de *pœnit. et remiss.* et suprâ tit. 9. l. 15.

(6) *En fuessa agena*. Licet quis inferre non possit mortum in locum alienum, ut hic, et in l. 2. ff. de relig. et sumpt. funer. non tamen licet domino loci corpus effodere, vel diruere sine decreto Pontificis, vel jussu Papæ, ut in l. ossa, ff. eod. ut hic subjicit, et vide quod habetur in cap. cum liberum, et in cap. ex parte, de sepult. et 2. quæst. 2. cap. omnes, et vide quod dixi suprâ in l. 1. hujus tit.

(7) *El precio*. Adde l. is quis intulit, ff. de relig. et sumpt. funer.

(8) *Non haya soterrado*. Nam tunc non posset vendi, ut habetur suprâ eod. l. 1.

LEY IV.—Onde tomo nome Cementerio, e quien los deve señalar, e quanto grandes.

Cementerio tomo nombre de Cimeterio, que quier tanto dezir (1), como logar donde soterran los muertos, e se tornan los cuerpos dellos en ceniza. E los Obispos deuen señalar (2) los Cementerios en las Iglesias que touieren por bien que aya sepulturas, de manera que las Iglesias Catedrales, o Conuenticuales ayan cada vna dellas quarenta passadas (3) a cada parte para Cementerio, e las Parroquias treinta. Pero esto se deve entender en esta manera: si fueren fundadas en tales logares, que non gelo embarguen Castillos, o casas (4), que esten muy cerca dellas: e este Cementerio deve amojonar el Obispo, quando consagrare la Iglesia, segund la quantia sobredicha, si non ouiere embargo que gelo tuelga. E porque algunos dubdan, en como se deuen medir los passos, para amojonar el Cementerio, departelo Santa Iglesia en esta manera: que en la passada aya cinco pies (5) de ome mesurado, e en el pie quince dedos de trauiesso (a).

(a) Haciéndose mucho tiempo ha los cementerios en el campo, non está ya en práctica lo que se expresa en esta ley.

LEY IV. Debet Episcopus ecclesie cœmeterium assignare ad supulturam defunctorum, ita, quod ecclesie Cathedrali, vel Conventuali assignet circumquaque 40 passus, allis ecclesiis 50. nisi sit impedimentum ob domorum circumstantiam; et quilibet passus habere debet quinque pedes, et in pede quindecim digitos.

(1) *Tanto dezir*. Cœmeterium dicitur quasi *cinisterium*, quia ibi cinis mortuorum teritur, vel dicitur cœmeterium à *cinos*, quod est dulce, *tenor*, quod est statio, quasi dulcis statio, secundum Archid. in cap. 1. 15. quæst. 1.

(2) *Señalar*. Vide quæ dixi suprâ eod. in l. 5. in gloss. 1. et vide in cap. *ecclesias*, 15. quæst. 1. et potest quis in ecclesia de consensu Episcopi habere propriam sepulturam, cap. penult. et ibi Abb. de sepult. et an invito patrono sepulturæ possit ibi alius sepeliri, vide per Roch. in tractatu de jure patronat. chart. 19. column. 2. et Abb. in dict. cap. penult. ubi dicit post Vinc. quod propter necessitatem posset ibi extraneus sepeliri.

(3) *Quarenta passadas*. Concordat cum cap. *sicut antiquitus*, 17. quæst. 4.

(4) *Castillos, o casas*. Vide in cap. *quisquis*, 17. quæst. 4. et tantum extenditur hoc jus funerandi, quantum cœmeterium est per Episcopum limitatum, sive ecclesie sint in civitate, sive extra, secundum Hostiens. eod. tit. in summ. §. *quid jus funerandi*.

(5) *Cinco pies*. Ex glossa in dict. cap. *sicut antiquitus*, sumptum est, et vide per Bart. in authent. *de novi, oper. nuntiat.* column. 5.

LEY V.—En quales Iglesias se deve cada vno soterrar.

Soterrar deuen cada vno ome en el Cementerio de aquella Iglesia, onde era parrochiano (1), e oya las Horas quando era vino, e rescibia los Sacramentos (2). Pero si alguno quisiesse escoger sepultura en otro Cemen-

terio, assi como en la Iglesia Cathedral (3) (a), o en aquella Iglesia do estaua enterrado su linaje (4), o en otro Cementerio qualquier, puedelo fazer (5); fueras ende si lo fiziesse por falago (6) de algunos, que le fiziesse engañosamente, que se soterrase en su Iglesia, o si lo fiziesse por malquerencia de los Clerigos donde fuesse parrochiano, o por desprecio dellos, o si non dexasse (7) alguna cosa a su Iglesia: ca si alguno fiziesse contra esto, e se mandasse soterrar en otro Cementerio, faziendolo por alguna destas quatro cosas sobredichas, pueden los Clerigos de aquella Iglesia, donde era parrochiano, demandar el cuerpo, con todos los derechos que fueren dados con el por razon de la sepultura. E si por aventura escogiesse sepultura en otro Cementerio, non lo faziendo por ninguna destas quatro maneras sobredichas, si dexare alguna cosa a su Iglesia donde era parrochiano, deve auer demas (8) desto la tercia, o la quarta parte (b), o la mitad, segun la costumbre (9), que fuere vsada en aquel Obispado, o en aquella tierra do el buiere, de lo que el mando a aquella Iglesia, do escogiesse sepultura, e de lo que ouiere mandado a otras Iglesias (10), o a Monesterios, o a Ordenes, qualesquier que fuessen. E si non ouiesse en aquella tierra costumbre cierta, de quanto deuia tomar, deve auer la quarta (11) parte; e ninguno non se puede excusar que la non de, maguer diga que non auia costumbre (12) de dar cosa por esta razon. Otras Iglesias ay, que non han derecho de rescibir los muertos, para darles sepulturas. Assi como la Capilla que fazen los omes en sus casas, tambien los de las Ordenes, como los otros en sus Castillos, o en sus logares estrechos, que les non otorgaron los Obispos Cementerios: ca en tales logares como estos non deuen soterrar a ninguno, si non lo fiziesse por mandado de los Obispos (13); e si alguno contra esto fuese, e se mandasse soterrar en tales logares (14), puede el Obispo, o otro Perlado a quien perteneciesse, demandar el cuerpo (15) de aquel muerto, que sea sacado de aquella sepultura, e sea soterrado en el Cementerio de aquella Iglesia, onde era parrochiano, e de quien rescibia los Sacramentos de Santa Iglesia en su vida, e que den con el todas las otras cosas, que recibieron por razon de la sepultura.

(a) Véase nuestra nota á la ley anterior.

(b) Se llama quarta funeral, parroquial ó mortuaria.

LEY V.—Debet quilibet in parochia sua, ubi divina audivit et sacramenta recepit, sepeliri; potest tamen alibi eligere sepulturam, nisi ad talem electionem fraudulenter inductus sit ab aliquo, vel si odio contemptive clericorum suæ parochie hoc fecisset, vel nihil suæ ecclesie reliquisset, nam tunc restituitur corpus cum habitis ratione sepulturæ suæ ecclesie. Si tamen nulla ex his causis talem electionem fecisset, et aliquid suæ ecclesie legavit, nihilominus habebit dimidiam, tertiam, aut quartam (secundum loci consuetudinem) eorum quæ ecclesie, ubi sepelitur, et aliis ecclesiis, aut monasteriis reliquit: et si consuetudo non sit certa, habebit quartam, etsi dicatur, quod erat consuetudo, quod nihil ex hac causa daretur. Item, non potest quis sepeliri in capellis, ubi Episcopus non concessit sepulturam, sine Episcopi mandato, et si contra fiat, petitur corpus cum omnibus, sepulturæ causa habitis. Hoc dicit.

(1) *Parrochianos*. Adde cap. *ex parte Canonorum*, et cap. *in nostra, de sepult.* et Clement. *dudum*, §. *verum*, eod. tit. cap. *is qui*, eod. tit. lib. 6. et procedit, nisi defunctus haberet sepulchrum

majorum, tunc enim potius est sepeliendus in sepulchro suorum majorum, ut habetur in dict. cap. *is qui*, et in cap. 1. *de sepult.* Gloss. in cap. 1. eod. tit. lib. 6. in verbo *apud quas*; dicuntur autem majores, secundum quod declarat Petr. de Peru. in tractatu de canonica portione, cap. *pater et avus*, 15. quæst. 2. cap. *ebrom.* et in dict. cap. 1. *de sepult.* et licet strictè, et propriè majores dicantur superiores tantum ultra tritavum, ut in l. *Jurisconsultus*, §. *parentes*, ff. de gradib. l. *quicumque*, §. *parentes*, ff. de in jus vocand. illus procedit simpliciter aliàs loquendo, non in isto casu, ut tradit Oldral. consil. 25. cujus dicta refert Abb. in dict. cap. 1. column. fin. sicut domicilium est inter vivos, sic et jus sepulturæ inter mortuos, et respectu domicilii consequitur quis originem patris et avi, non superiorum, ut notatur in l. *assumptio*, ff. ad municip. et in cap. fin. *de paroch.* si tamen pater fuit sepultus in uno sepulchro, avus verò et proavus in alio, sepelietur filius cum avo, et aliis majoribus, secundum Gloss. in cap. *is qui*, de sepult. lib. 6. licet aliud voluit Abb. in dict. cap. 1. sed primum magis consonat juribus de hoc loquentibus: et si in nullo sepulchro sunt plures majores, sed hic est pater, illic avus, et sic de aliis, videtur tunc, quod sit sepeliendus in ecclesia parochiali, cum nullum est sepulchrum majorum: refert tamen Joan. Andr. in novella, de consuetudine esse, quod tunc sepeliatur cum patre, et Abb. in dict. cap. 1. vult, quod etiam sit de jure; sed primum videtur verius, secundum Petr. de Peru. ubi suprâ, et placet Sylvest. in summ. in verbo *sepultura*, vers. *octavo queritur*, ubi respondet ad fundamentum Abb. De Patriarcharum sepulchro, de viatoribus, et peregrinis et scolariis, ubi sepeliantur, vide per Abb. in cap. 1. eod. tit. et infra eod. l. 7.

(2) *Los Sacramentos*. Quid si una ecclesia audiebat divina, in alia percipiebat ecclesiastica sacramenta, vel est parochianus duarum ecclesiarum? Tunc si utraque ecclesia habet jus funerandi, locus erit præventioni, de *rescrip.* cap. *duobus*, lib. 6. et si non est præventio, Diocesanus concordabit partes, secundum Petrum ubi suprâ, et vide quod habetur in cap. *cum quis*, §. 1. et ibi Gloss. eod. tit. lib. 6.

(3) *En la Iglesia Cathedral*. Vide in cap. *ubicumque*, 15. quæst. 2.

(4) *Su linaje*. Et licet defunctus non eligat sepulturam majorum, sed ejus consanguinei eum ibi sepeliant, adhuc debetur quarta ecclesie parochiali, quasi tacitè talis locus per eum videatur electus, l. 2. ff. de jure codicil. secundum Innoc. in cap. *in nostra, de sepult.* Bald. in l. *si quis ad declinandum*, column. penult. C. de Episcop. et cleric. vers. *quartò queritur*.

(5) *Puedelo fazer*. Quilibet enim sive masculus, sive fœmina potest sibi eligere sepulturam, cap. 1. et cap. *fraternitatem*, et cap. *in nostra*, cap. *de uxore, de sepult.* etsi eligat locum minus religiosum, ut habetur hodiè in cap. 2. §. fin. eod. tit. 6. et potest eligere etiam filiusfamilias; si tamen pubes sit, ut in cap. *licet*, eod. tit. lib. 6. Item, et servus, quia in spiritualibus cessat dominica potestas, cap. 1. *de conjug. servor.* de religioso dic. ut in cap. fin. eod. tit. lib. 6. et per Abb. in cap. *de uxore*, eod. tit. ubi quid de Abbate. Item et hodiè cum de jure Regni damnatus ad mortem potest facere testamentum, poterit eligere sepulturam: et vide quæ de jure communi dicit Specul. et Joan. Andr. ibi in additione, in tit. *de instrum. edition.* §. *compendiosæ*, column. 5. et in vers. 15. et nota quod relictum ecclesie pro sepultura tacitè videtur adimi, si alibi eligat sepulturam, secundum Abb. in cap. *in nostra, de sepult.* ultim. notab. Item nota, quod si religiosi concesserunt mihi, ut in liquo loco suæ ecclesie possem facere sepulturam pro me et mis, et ibi incepi sepelire, si postea conveniam cum eis, quod non possim sepelire, nise usque ad certum numerum, et quod non possim ibi construere monumentum cum lapidibus nisi usque ad certam mensuram, quod ista conventio non valet, et possum sepelire, quot voluerim, et ornamenta lapidum facere, prout decet, ita tenet Paul. de Cast. per textum ibi in l. *caveri*, ff. *comm. prædior.*

(6) *Falago*. Adde cap. *in nostra*, ad fin. eod. tit. et habes hic, quod non tenet electio sepulturæ, ubi quis electus, vel ex contemptu ecclesie suæ alibi elegit sepulturam, et adde glossam notabilem in cap. *ubicumque temporum*, 15. quæst. 2. quod nisi appareat certa causa mutationis, semper præsumitur illectio, vel contemptus, nisi servet in eligendo ordinem traditum in dict. cap. *ubicumque*; dictum tamen illius glossæ hodiè non procedit stante dispositione cap. *cum quis*, §. *fin. de sepult.* lib. 6. prout et vult Archid. in dict. cap. *ubicumque*, super fine illius glossæ; est tamen pulchrum dubium, utrum istud de illectione, vel contemptu procedat hodiè stante dis-

positione illius capituli, et videtur Abb. in cap. *fraternitatis*, in fin. eod. tit. velle, quod sic, ubi dicit hæc verba: Item potest procedere iste textus quando dolo fuit inductus, vel ex contemptu elegit sepulturam in loco minus religioso, cap. 1. eod. tit. lib. 6. vel quando non solvitur portio ecclesie parochiali. Imol. et Hostiens. eod. tit. in summ. §. *et apud quam ecclesiam*, vult, quod etsi eligat ad sepulturam locum magis religiosum, si tamen fuerit illectus, vel ex contemptu et temeritate transierit, non tenet electio, et dicta Hostiens. sequitur lex ista Partitarum: et quod dicitur de illectione procederet fortè, quando dolosè fuit persuasus, ita quod ex dolo fuit motus ad eligendum sepulturam, aliàs non electurus dolo cessante: nam si tantum esset simplex persuasio blando sermone, non esset criminisum, l. fin. C. *si quis aliquem testari prohib.* et pro hoc facit, quod dicit Joan. Andr. et Joan. de Lig. et Dominicus in cap. 1. eod. tit. lib. 6. ubi dicunt, quod simpliciter exhortans ad eligendum non interveniente promissione, voto, seu juramento, non incurrit pœnam illius capituli, et hoc per illum textum; adde quod notat Abb. in dict. cap. *in nostra* super glossa in verbo *nisi dolo*.

(7) *O si non dexasse*. Idem voluit Hostiens. in dict. §. *et apud quam ecclesiam*, vers. *vel non reddatur canonica portio*, motus per textum in cap. 1. eod. tit. nam sub certa forma conceditur ibi electio sepulturæ, si scilicet canonica portio ecclesie parochiali relinquatur, et sub anathemate prohibetur, ne aliter eligatur; ergo si hæc forma non servatur, electio non valet, dicit ipse: hoc etiam probatur in cap. 2. eod. tit. ibi: *medietatem ecclesie, ad quam pertinere dignoscitur, relinquat*. Sed certè judicio meo, hoc est durum dicere, quod hæc ommissio vitiet electionem: jura enim tantum volunt, quod de relictis ecclesie sepulturæ detur canonica portio ecclesie parochiali, non quod teneatur expresso suo judicio relinquere, et ita loquitur etiam textus in dict. cap. 1. et non prohibetur ibi sub anathemate, si aliter eligatur, sed si canonica portio non solvatur. Item dictum cap. 2. licet jubeat relinquere, non ex omissione annullat electionem sepulturæ, sed vult, quod debeat, etiamsi non relinquatur, et hoc idem videtur colligi ex ista lege Partitarum, cum inferius subdit *si dexasse aliqua cosa a la Iglesia*, etc. Unde innuit, quod non sit necessarium relinquere istam quartam canonicam, sed quod etsi relinquat debet haberi ab ecclesia sepultura, et probat optimè textus in cap. *de his*, eod. tit. ibi: *nihil tibi, vel ecclesiis, à quibus receperunt salutis pabula relinquentes*, ubi clarè hoc vult, et notat Abb. in 2. notabil. Item, si advertis, lex ista Partitarum non exigit, quod tota portio canonica relinquatur, sed quod aliquid legatur; imò et hoc, quod sit necesse ut electio valeat, quod aliquid legatur, non memini de jure canonico vidisse cautum, sed potius contrarium colligitur ex dict. cap. *de his*; tene tamen menti istam legem Partitarum.

(8) *Demas Habes hic*, quod legatum factum ecclesie parochiali ab eo, quæ alibi elegit sepulturam, non computatur in quartam parochialem, quæ et fuit opinio Hostiens. in cap. *offic. de testam.* Cardin. in Clement. *dudum*, §. *verum*, quæst. 27. *de sepult.* ubi Ancar. quæst. 11. item Decius in authent. *præterea, C. unde vir et uxor*, column. 8. Contrariam opinionem, imò, quod computetur in quartam, tenet Antou. Joan. de Imol. Abb. in dict. cap. *officii*, Frederic. consil. 5. Joan. de Lig. et Imol. in dict. Clement. *dudum*, Salycet. et Alexand. in dict. authent. *præterea*, idem Alexand. in l. *si cum dotem*, §. *si pater*, ff. *solut. matrim.* Corneus in dict. authent. *præterea*, et sic hæc opinio est magis communis. Tene menti istam legem Partitarum contra communem; et fortè ista opinio quam sequitur ista lex, est de jure verior, quando testator non reliquit totam quartam; nam si totam reliquisset, nihil aliud posset peti ab ecclesia parochiali, ut in cap. 1. et 2. *de sepult.* Hostiens. in dict. cap. *officii*.

(9) *Segun la costumbre*. Adde cap. *certificari, de sepult.*

(10) *A otras Iglesias*. Sequitur opinionem Hostiens. in cap. 1. eod. tit. ubi Glossa tenet contrarium, imò quod tantum debeatur de relictis ecclesie sepultura, Glossa etiam in cap. *cum super*, et cap. *certificari*, eod. tit. Innoc. in cap. 2. eod. tit. Abb. in dict. cap. 1. et certè ista de jure Canonico videtur verior et æquior opinio, quam et tenet Bald. in l. *si quis ad declinandam*, column. penult. C. de Episcop. et cleric.

(11) *La quarta*. Ita dixit Gloss. in dict. cap. *certificari*, eod. tit. et adde Clement. *dudum*, §. *verum*, eod. tit. et vide per Hostiens. eod. tit. in summa, §. *et quota sit*, et ecclesia cui est relictum, debet istam quartam ecclesie parochiali, et aliam quartam Episcopo, cui

illa ecclesia subiacet, Hostiens. in summa, tit. de sepult. §. utrum, Abb. et communiter Doct. in cap. fin. de testam. deduci tamen debet prius quarta debita ecclesie parochiali, secundum Abb. in cap. certificarí, de sepult.

(12) *Costumbre.* Sequitur Dicta Hostiens. in dict. §. et quota sit, dicens, quod talis consuetudo omnino irrationabilis esset, et leonina: si tamen secundum eum esset consuetudo, quod aliquid solveretur, licet sit minus quarta, valeret, si esset legitime prescripta. Abb. in cap. certificarí, de sepult. tenet, quod pro parte, et in totum potest prescribi contra solutionem huius quartae; sed cum sit prescriptio contra jus, requiritur titulus et tempus quadraginta annorum, vel tempus de cuius initio non sit memoria, quando non adsit titulus: videas ibi per eum, et per Hostiens. et Joan. Andr. ibi, qui idem voverunt; et procedit hoc, quando consuetudo inducit contra eum, cui debetur de iure communi, quia tunc non est proprie consuetudo, sed prescriptio, ideo debet habere comites prescriptionis; sed si induceretur contra alium, tunc potest induci, ut consuetudo, etiam sine titulo, quia ad esse consuetudinis, non requiritur titulus. Sunt etiam alii casus, in quibus haec quarta non debetur, veluti si per privilegium aliqui a praestatione eximuntur, vel quando legatur ad usus privilegiatos, ut in cap. fin. de testam. et infra l. proxima; vel quando ecclesie donatur inter vivos, cap. de his, de sepult. Item si ecclesia parochialis erat interdicta ex culpa sua, et non parochiani, vide per Dominie. in cap. 1. de sepult. lib. 6. Item, quando licet alibi elegerit sepulturam, non tamen ibi sepelitur, vel ex facto contingente circa defunctum, vel quia haeredes nolunt illum deferre ecclesiam electam, secundum Frederic. consil. 10. contrarium vult Dominie. in cap. 1. de sepult. lib. 6. quia cum ecclesia electa non privetur legatis factis ratione sepulturae, ideo forte neque sua quarta ecclesia parochialis. Item, quando tempore testamenti, et legati non elegit sepulturam, sed postea tempore mortis illam elegit, vide in cap. relatum, de sepult. in glossa, et intellige, nisi hoc fieret in fraudem. Item si parochianus propter vacationem tempore longo non potuit in sua parochiali ecclesia audire divina, neque sacramenta percipere, quia tunc non debetur quarta, si alibi eligat sepulturam, secundum Petrum de Perus. qui refert Baldum in fract. de canonica portione, ubi videas de istis, et de aliis in materia. Item, quando fit repositio funeris in aliquo loco ad tempus, secundum eundem Petrum ubi supra, quem vide latius de istis, et Sylvest. in summa. in verbo canonica portio, vers. non queritur, vide etiam aliqua notabilia in ista materia per Bald. in l. si quis ad declinandam, column. penult. C. de Episcop. et cleric.

(13) *De los Obispos.* Istud verbum nota tu multum pro dictis Abb. in cap. certificarí, column. 2. de sepult. ubi querit, quis possit dare privilegium sepulturae in ecclesiis, quae non habent populum, et concludit post Joan. Andr. quod possit Episcopus; et tamen velit concedere coemeterium de novo intra parochiam alterius, debet hoc facere ex iusta causa, de consensu Capituli.

(14) *En tales logares.* Fidelis non potest eligere sepulturam in loco privato, et si elegerit, talis voluntas est spernenda, ut hic, et in cap. fraternitatem, eod. tit. ubi Abb. 3. notab.

(15) *El cuerpo.* Adde cap. fraternitatis, et cap. ex parte, et cap. in nostra, eod. tit. et cap. ecclesias, 15. quaest. 1.

LEY VI.—Que derecho pueden los Clerigos demandar de los sus parochianos, que mueren sin testamento.

Finando alguno sin lengua, de manera que non fizesse testamento, la Iglesia onde fuesse parochiano, non ha razon de demandar alguna cosa de su auer, fueras ende si lo ouiessem por costumbre en aquella tierra, de demandar alguna cosa. Pero si los parientes del muerto escogiessen sepultura para el en otra Iglesia (1), e diessen alguna cosa con el, si no lo fizessem por alguna de las quatro razones sobredichas en la ley ante desta, bien puede la Iglesia donde era parochiano, demandar su parte (2) (a). Mas si lo fizessem por alguna de las maneras sobredichas (3), puede demandar el cuerpo del muerto, con todas las cosas que fueren dadas con el, tambien como si el mismo ouiesse esco-

gido la sepultura en su vida, en otro Cementerio, faciendolo por alguna de aquellas quatro maneras. E otrosi la Iglesia Parrochial non deve demandar parte de las cosas, que su parochiano mandasse en su testamento a personas ciertas (4), ni otrosi de las armas, nin de los caualllos, que dexasse alguno para seruiçio de la casa Santa de Jerusalem (5), nin de las cosas que dexassen para las labores (6) de las Iglesias, o para ornamentos dellas (7), assi como para libros, e calices, e vestimentas, e cruces, e campanas, e luminarias, e para otras cosas semejantes destas, que sean mandadas a seruiçio de la Iglesia para siempre (8). Nin de aquello que mandassen a otra Iglesia para aniversario, o treyntanario (9), o septenario; nin de las cosas que dexassen por merced a los hospitales (10), o puentes, e a pobres. E esto se deve entender de esta manera, si aquel que faze estas mandas, non lo faze engañosamente (11), en daño de su Obispo, e de los Clerigos de su Iglesia onde era parochiano. Otrosi quando alguno en su sanidad (12) entrasse en Orden de Religion, e metiesse consigo alguna cosa de su auer, la Iglesia onde era parochiano, non puede demandar nada de aquello que metiere consigo. Mas si entrasse seyendo enfermo, e muriessse de aquella enfermedad, deve auer la Iglesia, donde era parochiano, su parte, segun dize en la ley ante desta.

(a) Véase nuestra nota 2.ª a la ley anterior.

LEY VI.—Si defunctus non eligit sepulturam, si ejus consanguinei eum alibi, quam in ecclesia sua sepeliant (cessantibus causis de quibus supra l. proxima) habet ecclesia sua partem sibi debitam, de his, quae per consanguineos data fuerint ecclesiae sepulturae. Si tamen ex aliqua ex dictis causis consanguinei id fecissent, ecclesia sua petet corpus, cum omnibus datis causa sepulturae: item ista quarta parochialis non debetur de relictis certis personis, neque de armis, vel equis relictis in terrae sanctae subsidium, vel pro fabrica, vel ornamentis ecclesiae, campanis, vel luminariis, vel aliis ad perpetuum cultum divinum legatis, neque de relictis pro anniversario septimo, vigesimo, vel trigesimo; neque de relictis hospitalibus vel pauperibus, seu in pontium refectionem, vel fabricationem, nisi in fraudem Episcopi, et ecclesiae suae relinquatur. Item, si quis in sanitate se cum rebus suis, vel aliqua parte dedicavit monasterio, religionem ingrediendo, nihil habebit sua ecclesia; si vero infirmus ingrediatur, et de tali infirmitate decesserit, habebit ecclesia suam partem. Hoc dicit.

(1) *En otra Iglesia.* Intellige, in qua tamen de iure deberet sepeliri, ut si ibi esset sepulchrum suorum majorum, nam alius non possent consanguinei aliam eligere, quam parochialem, in qua percipit defunctus sacramenta; probatur hoc in cap. licet, primo responso, de sepult. lib. 6. ubi habetur, quod neque pater pro filio impubere, cessante consuetudine, potest eligere aliam.

(2) *Su parte.* Vide quae dixi supra l. proxima, in glossa. 4.

(3) *Sobredichas.* Quando scilicet dolo fuit electio sepulturae facta, vel ex contemptu vel temeritate, vel si fuit electio facta de loco, in quo non erat jus funerandi: nam illud, si non reliquit aliquid ecclesiae parochiali, non potest hic imputari, cum dicit ista lex in principio, quod decessit defunctus perdita loquela ab intestato, et facit ad ea, quae dixi in dict. l. proxima, in verbo, o si no dexasse.

(4) *A personas ciertas.* Extra illas, quas dixi supra l. proxima; imò, ut ibi dixi, tantum deducitur de relictis occasione sepulturae: vide in cap. ex parte, el 3. de verbor signific.

(5) *De Jerusalem.* Vide in cap. in nostra, de sepult.

(6) *Labores.* Intellige, quando ecclesia eget reparatione, cap. ex parte, el 3. de verbor. signific. Hostiens. Joan. Andr. et Anchar. in cap. fin. de testam. unde lex ista sumpta est, Sylvest. in summa. in verbo canonica portio, vers. quarto queritur, Gofredus tamen, et Cardin. et Barb. in dict. cap. fin. nituntur probare contrarium, per

textum in cap. vobis, 12. quaest. 2. scilicet ut servari debeat in futuram fabricae reparationem.

(7) *Ornamentos dellas.* Vide in dict. cap. fin. et nota exempla hic posita latius explicata, quam in dict. cap. fin. et dicit Sylvest. in summa. in verbo canonica portio, quod si legat, ut fiat chorus, vel pictura, vel auchona, vel calix, vel huiusmodi, non debetur quarta, quia ista est fabrica ad longævum honorem Dei, allegat dict. cap. fin. et l. 1. C. de nemini licere sign. Salvat. et Innoc. in cap. cum ad sedem, de restitut. spoliator. dicentem, quod cruces, et calices sunt ornamenta ecclesiae; et idem ante eum dixit summa Angelica in dicto verbo canonica portio, colum. 2. vers. de quibus debetur, et idem vult Bald. qui etiam loquitur de pictura in l. si quis ad declinandam, C. de Episcop. et cleric.

(8) *Para siempre.* Ut in altari, vel capella perpetuo dotata, Innoc. Joan. Andr. et Abb. in dict. cap. fin.

(9) *Treyntanario.* Vide in dict. cap. fin. et vide de istis cap. qui alii, 15. quaest. 2.

(10) *A los hospitales.* Nota bene ad declarationem ejus, quod habetur in dict. cap. fin. nam dicit de piis locis.

(11) *Engañosamente.* Vide in dict. cap. fin. et in cap. officii de testam. et intelligere de fraude ex proposito, ut quia animo fraudandi quartam, cum alias esset extra istos casus ecclesiae relicturus, in fraudem expressit pro istis causis, ut quarta non solveretur, vel quia forte ecclesia non indigebat istis, et in fraudem expressit pro istis causis.

(12) *En su sanidad.* Concordat cum cap. de his, de sepult. et vide quae dixi supra l. proxima in glossa, super verbo costumbre.

LEY VII.—Quales Iglesias non menoscaban de sus derechos, quando sus parochianos se sotierren en los Monesterios, o donde eran familiares.

Familiares son llamados, o cofrades, los que toman señal de habito de alguna Orden, e moran en sus casas, seyendo señores de lo suyo, e non se desamparan dello. E maguer que estos atales se manden soterrar en aquellos Monesterios, do se comendaron, non pierden por ende los Clerigos de las Iglesias, onde eran parochianos, su derecho (1) de aquello que les mandaren; mas deuen auer su parte, segund dize en la tercera ley ante desta. Otrosi quando acaesciesse, que algun ome estraño muriessse en logar, donde non ouiesse sepultura propria, nin Iglesia onde fuesse parochiano; a este tal deuenlo soterrar en la Iglesia, donde es aquel en cuya casa fino, o en la Iglesia mayor (2) de aquella Villa, o de aquel logar donde muriere. Otro tal deuen fazer, si acaesciesse que algun ladron, o malfechor, sea judgado a muerte, o preso para fazer justicia del; ca si confessare, deuenlo soterrar en el Cementerio de alguna Iglesia (3), maguer sea justiciado, e deuenle dar Comunión (4), si la demandare: esso mismo deuen fazer maguer se non confiesse, si el se quisiera confessar, e non ouo a quien; esto se deve entender, si mostro señales (5) ante que muriessse, que auia voluntad de lo fazer, e non quedo por el.

LEY VII.—Non perdit ecclesia parochialis jus suum ab eo qui in propria domo residens cum bonis suis, habitum recepit, licet in monasterio sepeliatur. Item advena sepeliendus est in ecclesia parochiae ubi moritur, vel in ecclesia majori: damnatus ad ultimum supplicium sepelitur in coemeterio alicujus ex ecclesiis ubi moritur, et ei vivo non denegatur Eucharistia, si eam petierit. Hoc dicit.

(1) *Su derecho.* Concordat cum cap. cum et plantare, §. de confratribus, et cap. ut privilegia, de privileg.

(2) *O en la Iglesia mayor.* Hoc quando peregrinus moram in parochia non trahit, vel non venerit animo trahendi ibi moram, secundum Anton. in cap. 1. de sepult. vel dic secundum alios, quod ultra-

T. II.

que ecclesia habet jus funerandi, et sic erit locus praeventioni; et huic opinioni consonat ista lex, et dicit Hostiens. eod. tit. in summa. §. et apud aquam ecclesiam, ad fin. quod si de facili, et sine foetore portari posset ad sepulchrum majorum, fieri sic debet, et cum suis parentibus est tumulandus, argum. cap. 1. et cap. fraternitatem, cap. Ebrom, §. Joseph, 15. quaest. 2. nisi de hoc esset contraria consuetudo; aliàs dicit sepeliendum esse in loco, in quo moritur, si nimis distat a propria parochia, ita quod cum difficultate, et foetore portaretur, et vide textum in cap. is qui, eod. tit. lib. 6.

(3) *De alguna Iglesia.* Intellige nisi ipse elegerit, in qua sepeliatur, ut dixi supra eod. l. 3. et adde ad istam legem l. obnoxios, C. de relig. et sumpt. funer. l. 1. 2. et 3. ff. de cadaver, punitor. et 15. quaest. 2. cap. quæsitum.

(4) *Comunion.* Adde 1. quaest. ult. cap. penult. et cap. 2. de furtilis, et Clement. 1. de poenit. et remiss. cum glossa ibi, et Gloss. in cap. si quis de corpore, 26. quaest. 6.

(5) *Señales.* Adde cap. a nobis, el 2. de sentent. excom.

LEY VIII.—A quales personas defiende Santa Iglesia que non den sepultura.

Vieda santa Iglesia e defiende, que en los Cementerios della, non se sotierren personas ciertas: e son estas, assi como Moros, e Judios (1), e Herejes (2), e todos los otros que non son de nuestra Ley. E non tan solamente es defendido a estos atales, mas aun a los Christianos, que mueren descomulgados (3) de la mayor descomunion, e aun de la menor (4), si es aquella en que caen los omes a sabiendas, despreciandola, e acompañandose con los descomulgados de la mayor descomunion, segun dize en el titulo (5), que fabla de las Sentencias de descomunion. E si algunos destes sobredichos fueron soterrados en el Cementerio, o en la Iglesia, entre los fieles Christianos, por non saber que era tal, o faziendole y soterrar a fuerça algun ome poderoso, deuenlo desoterrar, e sacarlo ende (6), luego que lo sopieren, e non deuen cantar Missas en aquella Iglesia, en cuyo Cementerio fuere soterrado, nin la deuen consagrar despues que fuere sabido, fasta que lo echen ende: ca pues que la Iglesia lo desecha en su vida, non deve ser rescibido en la muerte. Pero esto se deve entender en esta manera, si los huesos destes atales non fuessem mezclados con los de los fieles Christianos, de manera que non los pudiessem apartar (7), ca estonce non se puede fazer.

LEY VIII.—Hæretici, et infidelis, et quicumque qui non sunt Christiani, carere debent ecclesiastica sepultura. Item majori excommunicatione excommunicati, vel minori, in quam incidunt ex contemptu, et ex familiaritate cum excommunicatis; et si de facto sepeliantur, debent inde extrahi, si discerni possint a fidelibus; et interim non debent cantari Missae in ecclesiis, in quarum coemeteriis sunt sepulti, neque ecclesiae illae consecrari. Hoc dicit.

(1) *Moros, e Judios.* Concordat cum cap. Ecclesiam, cum sequent. de consecr. dist. 1.

(2) *Herejes.* Vide 24. quaest. 2. cap. sanè, Gloss. in cap. ex parte, el 2. de sepult. et cap. quicumque, de hæret. lib. 6. in princip.

(3) *Descomulgados.* Adde cap. sicut, de hæret. et dict. cap. sanè, 24. quaest. 2. et Clement. 1. de sepult. et Gloss. cap. litteras, in glossa penult. de restit. spoliator. ubi de excommunicato injustè.

(4) *De la menor.* Adde cap. sanè, quod super, 24. quaest. 2. et Innoc. in cap. sacris, de sepult. ubi et Joan. Andr. Hostiens. etiam eod. tit. in summa. §. quibus interdicatur, Gloss. in Clement. 1. eod. tit.

(5) *En el titulo.* Vide supra tit. 9. in l. 3. et 6.

(6) *Sacarlo ende.* Vide in dict. cap. ecclesiam in qua paganus, cum sequent. de consecr. dist. 1. et cap. sacris, de sepult.

(7) *Apartar.* Vide in dict. cap. sacris, et Gloss. in cap. quicumque, in princip. de hæret. lib. 6.